Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

incorruptione gaudere. In palmo itaq; manus et digiti tenduntur; sed parum quidem mensura cubiti pp palmum attingit, quia quamvis libet amore animus ardeat, quia libet virtute se mentis et cogitatione retendere, nunquid amat perfecte videt? sed adhuc inchoat videre, quod amet, quia sicut fortissimus predicator dicit. videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem. et nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. De septimo et cubito palmum tangunt, quia in hac vita positi contemplationis virtute sola intima degustamus. Actiua autem vita quia perfecte tenere potest et serto die hoc condit qui bona debet operari, sed cubitos calamus habet. Bene bas vitasq; vitas due mulieres significaverunt martha videlicet et maria, quarum una satagebat circa frequens ministerium, alia vero sedebat secus pedes dni. et audiebat verba de ore eius. Cumq; etiam sororem martha quereret quod se adiuuare negligeret. respondit ei dns dicens. Martha occuparis et satagis circa multa. Porro. unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, que non auferetur abea. Ecce pars marthe in reprehenditur: sed marie laudatur, neq; enim bonam partem elegisse maria dicitur: sed optimam, ut etiam pars marthe indicaretur bona. Quare autem pars marie sit optima subinferitur cum dicitur: que non auferetur abea. Actiua et enim vita cum corpore deficit. Quis enim in eterna patria pane esuriens porrigat, ubi nemo esurit? Quis potum tribuat, ubi nemo sitit? Quis mortuum sepeliat, ubi nemo moritur? Cum presenti et seculo vita auferitur actiua, contemplatiua autem vita